

Barward Rolichius

**Q. D. B. V. Illustre Iudicium Provinciale, Reverendum Ministerium, amplissimum
senatum ...**

Parchim: Schröder, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746891733>


Druck Freier  Zugang



MK-10276 (1)

O. HÜNEMÜRDER
UNIVERSITÄTS-
BUCHBINDEREI
ROSTOCK
Grüner Weg 5





Q. D. B. V.

ILLUSTRE

JUDICIUM PRO-
VINCIALE,

REVERENDUM

MINISTERIUM,

AMPLISSIMUM

SENATUM,

LITERATOS, AUT AMATORES SALTEM
LITERARUM, E CIVIBUS CÆTEROS,

CUM

DENTISLAUS JOHANNES WAS-
SERMANNUS
VISMARIENSIS

ET

BRANDANUS *Gottlieb* MARTINI
PARCHIMENSIS

DISCIPLINÆ ALUMNUS UTERQUE

ALTER DE ASCENSIONE DOMINICA ALTER DE SPIRITU S. EXILE
CARMEN IN LUDO PÛBLICO ESSENT DICTURI,

UT ADESSENT ÆQVO ANIMO ET REM COGNOSCERENT, MAXIMO
ROGABAT OPERE

BARWARDUS ROLICHIUS
RECTOR.

DIE XI. JUNII

PARCHIMI,

Typis PETRI SCHRÖDERI, ANNOM. DC. LXXIV.

Simili propemodum, atque literæ sunt Græcæ, est poësis fortunâ,
 ut paulatim ars musica item recidat ad paucos, quemadmodum in Græcis studiis opera in
 dies singulos minus minusque ponitur. Quod pro culpa hominum res quævis, ubi à
 parvis profectæ initiis, vel sensim sine sensu, aut magno nonnunquam imperu, eò creverint, ut
 magnitudine pene laborent sua, occipiant, seu nec opinantibus nobis, seu magnopere pertur-
 batis, nunc ex infirmitate sua deficere, nunc ex ignavia & luxuria mortalium penitus interci-
 dere; est id, credo, infinitâ sapientiâ fati, & ejus quidem rerum propè omnium communis.
 Inspicientibus adeo nobis in rerum tam naturalium quàm publicarum ortus, incrementa, de-
 crementa, interitus, mirum vix est, si, posteaquam à renata cœlestis doctrinæ veritate seculum
 & aliquantò amplius istis cum studiis præclare fuit actum, sic cœperint tempore interjecto
 obsolescere, ut vix jam in uno, vulgò quod dicimus, sint sene. Ac de altero quidem vide-
 tur istud Pœnorum Senatus Consultum, *Ne quis postea Carthaginensis aut literis Græcis aut ser-*
moni studeret, ab inferis de integro excitatum; alterum ornamento tantum esse non usui, tri-
 tum jam est sermone proverbium. Neque verò, quibus patrono opus vix est, me defenso-
 rem sibi ut parent necesse habent. Quippe cum suam artem poëticam decus strenuè tueatur,
 facer autem codex & sana Philosophia, præsidia illa ab omni laude feliciora, Græcum ser-
 monem liberali causâ perfortiter asserant manu; facillimè patientur, non orare causam hanc
 hominem, qui tum à multarum rerum memoria, tum à facundia parum possit. Oratores sacri,
 minorum certe gentium, quorum ut quisque maximè opis Græcæ indiget, ita potissimum illis
 expedit opera hæc citi, quales esse debeant, non dico. Tantum dico, si erit aliquando, ut acer-
 rimus ille Homeri vindex Alcibiades in literarum Græcarum expertes denuò animadvertat; fo-
 re ut multi (nam omnes dicere neque verè possum, & religio est) scapulas quidem perdant, ipse
 tamen prius verberando defatigetur, quàm, qui merentur, singuli vapulent. Adeo, eum à Sancta
 lingua destituantur, non pauci (sunt tamen ex iis multi æquè Græcis literis ac Latinis docti)
 se pavonum pennis, instar turpiter se dantis Graculi, exornant, & tanquam pro sua lege utun-
 tur pervulgatâ ista voce: Nihil est jam dictum quod non dictum sit prius. Evomit quotidie
 Homerus, at qui, quæ evomit, excipiat, vix usquam est. Nisi verò uti vulpecula, ubi caudam
 in sentibus amiserat, advocatâ concione caudas, quod sint oneri & dedecori, esse præcidendas,
 fidem fecit, sic, quorum interest scire Græca, ne soli videantur nescire, ut ignorent omnes pro
 se quisque optat, aut modo non elaborat. Videant isti qui sint, illud sanè admirationi est, quâ
 lingua revelationis partem DEUS in lucem voluit proferri, eadem illam genuinam philoso-
 phandi scientiam, ordinantem sic DEO, in vulgus exiisse, ut, quò minus alterutrâ mortales queunt
 carere, eò plus inesseret linguæ Græcæ autoritatis. Atque hoc illud est maximarum vigiliarum,
 quod in Aristotelis nomine multis abhinc seculis apparuit, opus, unde elucet, ipsum ea men-
 tus acie rerum omnium vim naturamque vidisse, & quæ ad dicendi artem pertinent, adspexisse, ut,
 qui eadem ante vel post ipsum natum sunt ingressi, longo post se reliquerit intervallo omnes.
 In rebus, quæ in naturam spectant, cæcuti vixisse, ut suo sibi hunc gladio jugulem, ipsum, vel-
 ut vespertilionum oculos ad lumen solare, atque à recentioribus non tam ingenio quàm
 temporum fortunâ superari, esse quoque Metaphysica Scholasticorum inventa ad controver-
 sias in Ecclesia dissolvendas accommodatiora; qui inficias eat, haud erit temere. At verò
 non esse, qui doctrinam moralem & civilem, argumentandi item & dicendi vim penitus vesti-
 gârât, atque, ubi consecutus est, prospexerit humanæ ignorantie felicius Aristotele; id
 verò est, quod unâ omnium voce, eaque clarissimâ, quoque te veritas, celebretur. Divina hæc
 viri monumenta à solis interpretibus Latinis accipere cupienti primùm interprete ipso, ceu, ut
 Androcles ait, legibus lege corrigente & piscibus sale, opus est; deinde non minus perdit tem-
 poris quàm operæ ludit. Contra, is nullo ferè horarum dispendio operæ precium vel sine
 duce facit ingens, qui à Philosophorum omnis ætatis principe (quem ego verborum honorem
 verius ad hunc, quàm Tullius ad suum Cratippum, transfero) cum Græcâ linguâ loquitur,
discit, & discit quamdiu volet; tamdiu autem velle debet, quoad ipsum, quantum proficiat, non pœ-
nitebit. Atque tantum hunc virum per paucis jam esse cordi, ab ignorantia Græcæ linguæ est;
 ista, quod hæc jam sit neglectui, ne dicam derisui. Nam, qui semoto Stagiritâ, contendunt,
 nihilominus fieri posse, ut Philosophorum consiliis sint intimi, cum istis ut nostri illi à Platone
 & Aristotele moderati viri luctentur, res non postulat, neque ægrè his est, illos verborum vo-
 lubilitatem comprehendere, & habere exigui temporis aut falsas aut certè obscuras opiniones.
 Mirum ni extra oleas, quod ajunt, vagor, dum levi artem carminis commendatione daturus,
 propugnationem Græcæ linguæ suscipio, quanquam juvenilis ætas, fato nescio quo, pariter
 à re Græcanica ac Poëtica abhorret, adeo pervagata est opinio animos tantum non omnium,
 Græca non debere legi neque intelligi, & poetici ornatus qui sit expers, eum detrimenti nihil
 facere. Verum esto nihil in studio musico adjumenti, nisi ad pulchritudinem; adeone arma
 rubigine obsita priores ferunt præ illis, quæ ad pristinum sunt resecta cultum? An verò pes
 nudus, & capillus passus ac circum caput rejectus, si vel maxima vis boni in ipsa insit forma,
 hæc formam propè non extingvunt? præsertim cum plerique ita simus ingenio, ut prius
 sensuum ducamur amore quàm rationis, & honestatem sylvitati vix putemus parem, nedum
 antese.

Just. 20.
5. 13.

Ael. Var.
Hist. 13.
38.

ibid. 13.
23.

Cic. 2. de
Or. 5. 160.
Ar. 3. Met.
1.

Ar. 2. Rh.
23.

anteferamus. Facile tamen istæ ut credam quis me impellit, nisi, ut taceam quam sint hæc musæ cæteris longè mansuetiores, & severiorum quasi doctrinarum condimentum, eas addiscendi necessitudinem pene ipsa imposuisset natura. Sic enim hominum ferre naturam, ut ardeant cupiditate res varias modò magnas modò exiguas, profua quisq; facultate, sensu & animo complectendi, quæ ut habeantur & pro re nata efferantur, fieri sermonis, tanquam genuini instrumenti, beneficio; hoc verò est, quod in controversiam vocet nemo. Aristoteles hæc passim: *Omnes homines natura scire desiderant: Scire est res cognoscere: Voces signa ac notæ sunt affectuum animi.* Redeunt hæc huc denique: qui hominum ignorantia medeatur, esse rerum usum, proprium perinde ac alienum: ille cum non habeatur nisi molestia, sumtu, temporis dispendio, non posse, quin sit exiguus: hunc, qui rerum varietatem & copiam memoria prodiderint, suppeditare uberrimum, & in primis eos, quorum oratio sapientibus sententiis gravibusq; verbis est ornata. Si forte quisquam est qui sic statuat; quicquid est in rebus momenti id omne unus rerum gestarum scriptores, & dicendi artifices, & animum in veri investigatione occupantes, ita sibi summissæ ut nihil poetis quod dicant reliquum sit, & si quando adscribendum ingrediuntur, alienis bonis glorientur: aut si quisquam est, qui hæc sic misceat, ut communia singulorum sint omnia, peculiare quid nemini; illorum callidam rationem dementemque Viri eruditi juxta æstumant. Et quanquam nec poeta defugit rem rusticam scriptis scite illustrare, consulere gestarum rerum memoria, præliorum magnâ vi & arte factorum conficere commentarios, enumerare familias illustres ordine à stirpe ad multam ætatem, exponere formam aularum interiorem, magnorum ingeniorum de principatu certamina, adulationes magis vultum quam ingenium bonum habentes, delationes, plena simulationis omnia, & quæ sunt in eo genere alia; veruntamen est, quo velut proprio peculio unus omnium gaudeat. Pertinet ad institutum hoc illa è Jovis capite nata Minerva, ille apes in lucem reduces faciens Aristæus, illa excelsa incolentes loca Musæ, illud nec tendis apium coronis, vis hederæ, Gerion ter amplius, Promethei furtum, omnis mali origo Pandora; Prometheus, quæ sunt futura, prospiciens, sero sapiens Epimetheus, & Hydra quæ

— — *Seclo corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem.*

Fiat de infinitis numero ex paucis, quæ sunt levissima, judicium, anne humanæ genti (ut unus & item alter, id enim populus curat scilicet, hæc infra se ducat) si minus necesse sit, at conducatur, ejusmodi monumenta similiter habere comperta, ut superiora illa non neglexisse. Quæ tametsi inspeciem monstrosa sint & quasi cadaverosa, fabulosa quidem certè: attamen qui oculos & animum rectè pascat, testis est, intra ea admirabilem sese in occulto continere sapientiam. Sic utique habendum: abundare, extra poetas, scriptores rerum maximarum facultate & copia; esse quoque poetis ea, in quorum societatem non veniat tum orator tum Philosophus tum historicus; quorum illa à suis sunt magistris discenda, hæc expetenda à carminum conditoribus. Et hoc illud est præcipue incognitione versuum salubre ac jucundum, omnis te exempli ingenia & mores intueri, luculentius tanto, quanto sunt poetæ quam cæteri scriptores ad delectationem legentis aptiores, e quibus explorata & perspecta colenda societatis ratione, mature quid habeant animi homines, cognoscas, & perpetuo alios à te se reges, alios se ceteris. In illustri quippe hic sunt positi, quibus aliena virtus formidolosa est, reges, milites sine ulla religione & fide, acuti ad fraudem negotiatores, senes ad rem, quam lat est, attentiores, adolecentes qui aliud stantes aliud sedentes loquuntur, levi, ut pueri, sententiâ mulieres, *multibiba anus & multiloqua, satis vix relinqvens DEO, quod loquatur, loci,* & quæ sunt id genus alia prope innumerabilia, sic sese habentia, ut eorum securæ recordatio etiam postredie, cœnæ instar Platonicæ, habeat delectationem. Dum igitur exspecto quam mox me DEUS ad exitum vitæ vocet, interim merito saxum hoc volvo, & præter Atticam & Romanam, quæ quidem soluta est ac libera, elegantiam, orationem quoque numeris adstrictam & devinctam publicè trado, quarum semen ante nolim exarescat, quam me sit mors consecuta ne recusantem quidem, non modo non repugnantem. Quod ut fide quam possum maximâ faciam, præterquam quod Serenissimi PRINCIPIS, Nutritii nostrum omnium benignissimi, imperium lubens exsequar, allicior magis magisque, cum audio esse, apud quos sint mei loci atque ordinis homines alicujus saltem momenti, & præ cæteris nostrâ causâ vehementer omnia velle Magnificum DN. CANCELLARIUM in Aula Sverinensi, cujus viri laus quò est magis excelso & illustri sita loco, eo minus ipsum nomine appello. Cui Viro & illi consimilibus si minus displiceamus, fraudi non est pro nihilo putari à sciolis, æquè lateritium calculum ponendi, ac Domitiano Cæsare muscas configendi, peritis, aut quam proximè ad Thrasylum accedentibus, qui itidem sibi, quo tqvot in Piræum naves appellerent arrogabat, ut isti omnem rei civilis prudentiam & dignitatem, quarum vix umbram viderunt, sibi videntur habere. Mirificè id nos recreat & reficit, usu, Deo sic approbante, venire, ut quanto magis aliorum sollicitamur amentia, minus animo & industria deficiamus tanto, & tanto plus addatur ad nominis memoriam nostri,

*Duris ut ilex tonsa bipennibus,
Nigræ feraci frondis in Algido,*

Per

Ar. 1. Met. 1.
Post. 2.
περί ερημ.
1.

Pl. Cist.
1. 3.

*Per damna per caedes ab ipso,
Ducit opes animūq; ferro.*

Verborum est satis, aut fortasse plus satis; ut perveniam, quò volo, res monet. DENTISLAUS-
JOHANNES WASSERMANNUS & BRANDANUS **Gottlieb** MARTINI, Adolefcentes
bonis prognati, & spem frugis bonæ afferentes, poliverunt, alter gloriosum SERVATORIS in
cœlos Adscensum, alter memorabilem SPIRITUS SANCTI, cum Apostolos plurimis maxi-
misque muneribus afficeret, historiam, versibus uterque, & gestiunt, quia in rem fore suam vi-
dent, ista enarrare Viris, qui ob merita honoribus perfungantur amplissimis, inspectantibus. Si
fas est precii locum relinquere, velim sermone isti, licet levi, & non satis summorum virorum per-
sonis digno, interesse Illustre JUDICIUM PROVINCIALE, Reverendum MINISTERIUM,
Amplissimum SENATUM, & ex Oppidi sessoribus Equestris & civilis ordinis Viros, seu sint
liberali doctrinâ politicissimi, seu literis saltem non malè velint. Una hârum quævis causa, cur
hoc roganti deferatis, vos quæso moneat, vel quod res est, de qua verba fient, sanctissima, vel
quod, qui canent, sive potius strepent, adolefcentes sint, calcaribus quàm frenis magis egentes,
vel quod primum est, cum per literas typis excusas mihi à vobis orandi datur facultas. Fuit
quidem, sollemnissimè scilicet nobis istos dies Servatori & Spiritui S. Sacros atque illa munera
obventibus, cum personabant aures vestræ concionantium vocibus de utroque negotio salu-
taribus; est fortasse nunc quoque, ut negotia vos graviora, ne præsto sitis, impediunt; at tamen
eandem interdum cantilenam, si minus pro soni suavitate, at pro materiæ dignitate, bis & canere
& audire jussas, præsertim ubi, retentis licet iisdem verbis, numerus mutatur. Agè verò ne
semper forum, subsellia, rostra curiamque meditemini; est & illud, amicis vel minima pe-
tentibus in loco obsecundare, humanitatis proprium; & jucundum, maximi momenti res,
levioribus succedentibus, habere quandoque mutationem:

*Plerumque gratæ divitibus vices
Mundæque parvo sub lare pauperum,
Cœnæ sine auleis & ostro,
Sollicitam explicuere frontem.*


Quod si insuper sperem fore, ut æquanimitas vestra & bonitas adjutans det crescendi copiam,
sitque adjutrix nostræ tam docentium quàm discipulorum industria; mirum videri nemini debet,
si non dubitem tantopere id à vobis petere, quod mihi & meis omnium est maximum maxi-
mèque necessarium. Eo enim, vel utraque vel altera saltem pars, sumus animo, ut, tanquam
æqui haut de genere, faciamus, ac lubentes quidem, quod nostrum est, at plausu & acclamatione
adjuti, ad eò, ut concedamus nemini. Ac ceteri quidem quoniam sint beneficio hoc ludum no-
strum ornaturi, nullus dubito: Amplissimos autem Seuatores, quia spes orantem semel atque
iterum est frustrata, eò obsecro vehementius, quò jucundior eorum nobis erit conspectus &
honorificentior. Si erit fortè, ut, quod nolim, rogando sim molestus, aut, quod non metuo,
laborem capiam inanem; non committam tamen ut me bis fecisse stulte poeniteat, nec desinam,
quibus odio ipse sim, amare, seu quod bene inimicis cupere est honestum, seu quod


Dulce est desipere in loco.

Ego verò simul non profudisse me hæc & perdidisse videro, dabo operam, ut ejusmodi, quòd
ajunt, hederam posthac crebrò suspendam, atque haut scio an propius absit cum id secun-
dum præsto. Quod dum recipio & ad crastini nonam vos avidè præstolor, interea id mihi e-
rit in optatis, ut æternus ille DEI FILIUS, qui dextrum Parentis cœlestis latus jamdudum clau-
dit, SPIRITUM S. rebus omnium nostris sic interesse & præesse velit, ut redeunti cœ-
litus quocumque ad nos judici uno animo & ore adventum lati gratulemur, atque
eo deferamur, ubi seriò & in perpetuum erit triumphandi copia! Valete.

Postridie Pentecostes Anno 1674.







anteferamus. Facile tamen istæ ut credam quis me impellit, nisi, ut taceam quam sint hæ mu-
 sæ cæteris longè mansuetiores, & severiorum quasi doctrinarum condimentum, eas addiscen-
 di necessitudinem pene ipsa imposuisset natura. Sic enim hominum ferre naturam, ut arde-
 ant cupiditate res varias modò magnas modò exiguas, profua quisq; facultate, sensu & animo
 complectendi, quæ ut habeantur & pro re nata efferantur, fieri sermonis, tanquam genuini in-
 strumentum, beneficio; hoc verò est, quod incontroversiam vocet nemo. Aristoteles hæc
 passim: *Omnes homines natura scire desiderant: Scire est res cognoscere: Voces signa ac notæ
 sunt affectuum animi.* Redeunt hæc huc denique: qui hominum ignorantia medeatur, esse
 rerum usum, proprium perinde ac alienum: ille cum non habeatur nisi molestia, sumtu, tem-
 poris dispendio, non posse, quin sit exiguus: hunc, qui rerum varietatem & copiam memoria
 prodiderint, suppeditare uberrimum, & in primis eos, quorum oratio sapientibus sententiis gra-
 vibusque verbis est ornata. Si forte quisquam est qui sic statuatur, quicquid est in rebus momenti id
 os rerum gestarum scriptores, & dicendi artifices, & animum in veri investigatione oc-
 culta sibi sumuisse ut nihil poetis quod dicant reliquum sit, & si quando adscriben-
 diuntur, alienis bonis gloriantur: aut si quisquam est, qui hæc sic miscet, ut com-
 gulorum sint omnia, peculiare quid nemini; illorum callidam rationem dementem-
 ruditi juxta æstumant. Et quanquam nec poeta defugit rem rusticam scriptis scite illu-
 strare gestarum rerum memoria, præliorum magnâ vi & arte factorum conficere
 carios, enumerare familias illustres ordine à stirpe ad multam ætatem, exponere for-

Ar. 1 Met. 1.
 Post. 2.
 περὶ ἐπιμ.
 1.

m, magnorum ingeniorum de principatu certamina, adulationes ma-
 ium bonum habentes, delationes, plena simulationis omnia, & quæ
 eruntamen est, quo velut proprio peculio unus omnium gaudeat.
 De illa è Jovis capite nata Minerva, ille apes in lucem reduces faciens
 olentes loca Musæ, illud nestendis apium coronis, vis hederæ, Ge-
 thei furtum, omnis mali origo Pandora; Prometheus, quæ sunt fu-
 sapiens Epimetheus, & Hydra quæ

— *Sello corpore firmior*

Vinci dolentem crevit in Herculem.

ex paucis, quæ sunt levissima, iudicium, anne humanæ genti (ut ut
 m populus curat scilicet, hæc infra se ducat) si minus necesse sit,
 monumenta similiter habere comperta, ut superiora illa non neglexis-
 sium monstrosa sint & quasi cadaverosa, fabulosa quidem certè: attam
 um rectè pascat, testis est, intra ea admirabilem sese in occulto con-
 utique habendum: abundare, extra poetas, scriptores rerum maxi-
 mia; esse quoque poetis ea, in quorum societatem non veniat tum
 s tum historicus; quorum illa à suis sunt magistris discenda, hæc ex-
 conditoribus. Et hoc illud est præcipue incognitione versuum salu-
 s te exempli ingenia & mores intueri, luculentius tantò, quanto sunt
 otores ad delectationem legentis aptiores, è quibus exploratâ & per-
 s ratione, maturè quid habeant animi homines, cognoscas, & perpe-
 alios se ceteris. In illustri quippe hic sunt positi, quibus aliena virtus
 milites sine ulla religione & fide, acuti ad fraudem negotiatores, se-
 t, attentiores, adolescentes qui aliud stantes aliud sedentes loquantur,
 mulieres, *multibiba anus & multiloqua, satis vix relinquens DEO, quod
 ut id genus alia prope innumerabilia, sic sese habentia, ut eorum secu-
 ridie, cœnæ instar Platonicæ, habeat delectationem. Dum igitur ex-
 DEUS ad exitum vitæ vocet, interim meritò saxum hoc volvo, & præ-
 m, quæ quidem soluta est ac libera, elegantiam, orationem quoque
 evinctam publicè trado, quarum semen ante nolim exarescat, quam
 ne recusantem quidem, non modò non repugnantem. Quod ut fide
 faciam, præterquam quod Serenissimi PRINCIPIS, Nutritii nostrum
 mperium lubens exsequar, allicior magis magisque, cum audio esse,
 atque ordinis homines alicujus saltem momenti, & præ cæteris no-
 omnia velle Magnificum DN. CANCELLARIUM in Aula Sverinensi,
 magis excelso & illustri sita loco, eo minus ipsum nomine appello.
 libus si minus displiceamus, fraudi non est pro nihilo putari à sciolis, æ-
 ponendi, ac Domitiano Cæsare muscas configendi, peritis, aut quam
 accedentibus, qui itidem sibi, quotquot in Piræum naves appellerent
 rei civilis prudentiam & dignitatem, quarum vix umbram viderunt,
 firificè id nos recreat & reficit, usu, Deo sic approbante, venire, ut quan-
 tamur amentia, minus animo & industria deficiamus tantò, & tantò
 s memoriam nostri,*

*Duris ut ilex tonsa bipennibus,
 Nigræ feraci frondis in Algido,*

Per

Pl. Cist.
 1. 3.

